

/ Rome, 1621? Censura, et Judicium de his, quae frater Abrahamus

Bzovius scribit tom. 13 Annal. eccles. anno 1294 pag. 1029. 2355

Nº pº Ostenditur animus Bzovii, dum sub nomine laudis Joannis Scoti retulit injurias.

5 Nº 2º. In dubium vocatur, quid sibi velint verba Bzovii: volens, nolens ex humanis abiit Joannes Scotus, et ostenditur mortem omnibus nolentibus naturaliter accidere, eandemque esse omnibus.

Nº 3º. Ostenditur errasse Bzovium, dum obiisse Scotum anno 1294. scripsit, et verius esse ostenditur mortuum fuisse anno 1304 ex multis, probatisque auctoribus, et auctores, quos ipse sequitur esse suspectos haeresis, prohibitos, et impios, et annalibus ecclesiasticis dissonum hoc esse docetur.

Nº 4. Ostenditur quantum deberet advertere Bzovius in eligendis opinionibus, et veritate hystoriae (maxime Ecclesiasticae) observanda.

15 Nº 5. Referuntur censurae, et judicia, quae de Joanne Scoto reperiuntur apud diversos auctores, tam Ecclesiasticos, quam Politicos, ut videatur aperte nullum tam male de eo loquutum, ut loquitur Bzovius, Jovium imitatus.

Nº 6. Sex Concilia Generalia fuisse in Ecclesia Dei, in quibus nihil actum contra doctrinam Scoti, ostenditur, et in Parisiensi Academia in Gallia, Complutensi in Hispania, doctrinam Scoti celebrem esse probatur, et in Salmanticensi Academia, Hispaniarum majori ex statuto publico stipendio ad litteram legi Scoti doctrinam praecipitur.

Nº 7. Referuntur Auctores, qui Scoto obloquuntur.

25 Nº 8. Ostenditur omnes auctores, qui immodeste loquuntur, eorumque fidem, neque apud Ecclesiam, neque apud alios hystoricos esse receptam, et nullum, excepto Jovio, tam male loquutum. rancia.

Nº 9. Concluditur adversus Bzovium malitia, aut saltem crassa igno-

Nº 10. Verba Bzovii, quibus obscuritatem Scoti taxat notantur, 30 et fit satis pro Scoto tum ex subtili materia, tum ex praematura morte, qua scripta quae pro se ipso quasi notulas habebat sibi claras,

/ obscuras aliis reliquit explicaturus longius, si viveret.

Nº 11. Bzovii propositiones adversus Scotum injuriosae, et contumeliosae et maledicae sunt, et ad minus eam censuram mereri ex probatissimis auctoribus ostenditur, eamque sufficere, ut liber prohibea-

5 Nº 12. Propositio Bzovii, versiculo Verum est injurio- / tur.
sissima suspectio de haeresi male sonans, impia, piarum aurium offensiva, scandalosa, et temeraria, quod late probatur.

Nº 13. Easdem censuras meretur, dum ait, ingenia sui ordinis Scotum perdidisse, et a veritate distorto itinere deviasse.

10 Nº 14. Bzovius dum ait: Scotum monumento conditum, et praevenum ante mortem, et celeri morte poenas luisse peccati publici, scilicet doctrinae, vel alterius secreti, ostenditur impius, injuriosus, et crudelis, et plus quam temerarius, dum Dei judicia vult comprehendere, et plures referuntur optimi Principes, et Pontifices, qui subito sub-
15 lati sunt ab hac vita.

Nº 15. Refertur hystoria viri miraculosi Geronis Archiepiscopi Coloniensis, qui praemature funere vivus defossus est divina voluntate, non peccati poena.

Nº 16. Concluditur ex his librum debere prohiberi, vel saltem do-
20 nec corrigatur, et ex fama mille aliis mendis scatere dicitur.

Archiv.Vatic.Gesuiti 19 fol.391. Un mot suppléé manu Bellarmini: au

nº 9 "ignorantia"

Barber.Lat.3151, f.123 ss. Après le sommaire des numéros (comme plus haut) suit le texte complet